Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis

Melanchthon, Philipp
Aristoteles

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Primvs ethicorvm

urn:nbn:de:bsz:31-106587

Visual Library

Inſulſitas	Vrbanitas	Scurrilitas
Moroſitas	Amicitia	Aſſentatio
	Gratitudo	Ingratitudo
Stupor	Verecundia	Impudentia
	Iuſticia	Iniuſticia

SVMMA.

1. Cauſſæ uirtutis
2. Genus
3. Differentia
4. Definitio tota
5. Diuiſio.

Obiter de affectibus & medio uirtutis:

PRIMVS ETHICORVM.

Ethices cognitio eſt utilis,

1. Docet enim humanitatem.
2. Et ſunt inde natæ leges.

Eſt honeſta quoq;.

Ducit enim hominem in ſuiipſius

1. Cognitionem ciuilem.
2. Et eſt donum Dei.

Multũ quoq; prodeſt collata cum ſacris literis.

Præfertur Ariſtotelis philoſophia aliis, cũ propter certas demõſtrationes, tum propter methodũ.

CAPVT I.

1. Quælibet ad certũ natura eſt condita finem.
2. Optimus eſt finis tandẽ et ſupremus habẽdus.

Non infinito natura errore uagatur.

De ho=

3 De hominis fine. Tria ſunt uitæ genera. Politica gloriam, Voluptaria uoluptatem, Studioſa uirtutem. Illi igitur rectiſsime ſentiunt, qui fœlicitatem finem hominis eſſe iudicant, quæ eſt uirtutis actio.

4. Hic Platonis ſententiam reprehendit.

Idea eſt perfecta rei cognitio, doctrina et uſu comparata et confirmata. Plato collocauit fœlicitatē in perfecta uirtutis noticia, quæ gignat & gubernet actiones.

5. Et autem fœlicitas actio ſecundum optimam & perfectiſsimam uirtutem in uita perfecta.

Hic colligit demonſtratione certa finem hominis eſſe eius propriam actionem. Nam cū tres uitæ ſint gradus, Vegetatiua, Senſitiua, et Rationalis, tertius gradus hominis eſt proprius.

Rationis duo officia, Iudicare de moribus.
Inquirere naturam.

6. Conciliat ſuam, ſententiam cum alijs.

8. Voluptas eſt conuenientia actionis cum natura. Eſt autem cum in ſenſu, tum in animo. Epicurus uirtutem non expeteret, ſi nō eſſet ei addita uoluptas. Ariſtoteles ſolam per ſe expetit.

Et Ariſtoteles uocat uoluptatem approbationē conſcientiæ. Epicurus uacuitatem doloris. Requiruntur autem ad fœlicitatem tria bonorum genera.

9. Cauſæ fœlicitatis, Iudicium rationis, et Volun-

tas obtemperans. Niſi enim eſſet in noſtra poteſtate eam parare, falſa eſſet ſententia. Finis eſt omnibus indiuiduis in unaquaq; ſpecie communis. Sic eſt Liberũ Arbitriũ in ciuilibus uirtutibus aliquouſq;, impeditur enim nonnunquam affectibus, nonunquã à Sathana.

10 Confutat Solonis ſententiam. Propoſitio uera de præterito habuit ueram de præſenti quoq;, fœlicitas autem non pendet à fortuna. Neq; infortunia uirtutem beate excutiunt: eſt enim ceu cubus, fieri tamẽ poteſt ut impediant, & ad infœlicitatẽ transferant ſi ſint magna.

11 Duæ hominis partes. Rationale, quod diuiditur in Iudicium uel mentem, & Appetitiuum.
Irrationale, in Senſitiuum, & Vegetatiuum.

Sententia. Ratio πρακτικὴ ad optima eſt accipienda de notitijs, quæ nos hortantur ad uirtutem. Nam ſi iuſticiam Chriſtianã ſpectes, prudentia carnis mors eſt. Illæ ipſæ notitiæ quantumuis bonæ non uiuificant.

FINIS.